

FLORÆ FENNICÆ  
BREVIARIUM,

DISSERTATIONIBUS ACADEMICIS ABSOLVENDUM,  
QUARUM SECUNDAM,

*Venia Ampliſſimæ Facultatis Philoſophicæ Aboënsis,*

Publicæ Cenſuræ ſubjiciunt

AUCTOR,  
*LAURENTIUS JOHANNES PRYTZ,*  
MED, & PHIL, DOCTOR, BOTANICES DEMONSTRATOR, FACULTATIS  
MEDICÆ ADJUNCTUS ORDINARIUS,

et

RESPONDENS  
*CAROLUS HENRICUS RINGBOM,*  
SATACUNDENSIS, STIPENDIARIUS BILMARKIANUS,

In Auditorio Medico, die V Maji MDCCCXIX,  
horis poſt meridiem conſvetis,

---

ABOÆ, Typis FRENCKELLIANIS,

ELIOT & FISHER

BREVIAIRE

DE SÉRIENUS AGRICOLA ANGLICANUS

OPUSCULUM

IN QUO SINGULAE REBUS

AGRICOLAE

NOTAE

LABORANTIBUS

IN ANGLIA

SCRIPTAE

DE

1650

IN QUO SINGULAE REBUS

AGRICOLAE

IN ANGLIA

SCRIPTAE

ELIOT & FISHER

IDEM: *Historisk och oeconomisk Beskrifning öfver Calajoki Sockn uti Österbottn.* Diss. Acad. Resp. *Christianus Salmenius.* Aboæ 1754. 4:to. Obiter *Svetice & interdum Fennice nominantur nonnullæ frutices.*

IDEM: *Historisk och oeconomisk Beskrifning öfver Cajanaborgs Lån.* Diss. Acad. Resp. *Ericus Castrén.* Aboæ 1754. 4:to Breviter & *Svetice tantum afferuntur frutices nonnullæ, Paldamo parocciæ indigenæ.*

IDEM: *Adumbratio Floræ.* Diss. Acad. Resp. *Gustavus Oræus.* Aboæ 1745. 4:to. Exempli loco sinitur *Ribes rubrum* perbene adumbratum, cum synonymis & stationibus. #54

IDEM: *Dissertatio Botanica de Erica vulgari & Pteride aquilina* Resp. *Johannes Lagus, I. f.* Aboæ 1754. 4:to. Synonyma, nomina in Finlandia usitata & stationes horum vegetabilium habet. *Ericam in Carelia præ cæteris locis copiosissime habitare asserit.*

IDEM: *Historisk och oeconomisk Beskrifning öfver Kronoby Sockn i Österbottn. Första delen* Diss. Acad. Resp. *Ericus Cajanus.* Aboæ 1755. 4:to. Pag. 25, inter alias arbores ac frutices affertur *Ribes rubrum, fructu albo (hvita Vinbår)* in parva quædam insula sinus *Kaskbusfjärden* sua sponte obvia, alibi per Finlandiam nemini nisi in hortis, observata.

IDEM: *Historisk och oeconomisk Beskrifning öfver Haubo Socken i Tavastland.* Diss. Acad. Resp. *Christophorus Herkepeus* Aboæ 1756. 4:to. Pagg 57, sequu. secundum *Floram Svecicam Linnæi Ed. 2,* nominatim afferuntur 408 vegetabilia huic parocciæ propria. IDEM:

✓ IDEM: *Exercitium oeconomicum de Prærogativis Finlandiæ præcipue quoad Plantas spontaneas in Bellariis adhibitæ.* Diss. Acad. Resp. *Henricus Stjern*, *Simon fil.* Aboæ 1756. 4:to. Haud paucæ frutices bennicæ (iis quoque interposita *Fragaria*) bene satis adumbrantur §. 2, allatis locis natalibus, nominibus Svecanis, Fennonicisque subinde expressis. Quæ vero §. 1, pag 9, Linnæana repetit verba, in nostram terram quadrare haud videntur, quum enumeratos sistit veluti indigenos plures tales fructus, quales nostro sub cœlo naturam progignere jure dubitamus, donec loca eorum apud nos natalia recenseantur.

✓ IDEM: *Trån till Häckar eller lefvande Gårdesgårdar.* Diss. Acad. Resp. *Davidus Er. Högman.* Aboæ 1756. 4:to. Exoticis intermixtæ nonnullæ frutices indigenæ passim occurrunt obiter allatæ.

✓ IDEM: *Några anmärkningar om våra Furu och Gran-Skogars ömmare vård.* Diss. Acad. Resp. *Ingevaldus Nordling.* Aboæ 1757, 4:to. Pagg. 9 - 12. accuratas habet observationes circa proportionem truncorum, cum annulorum numero & solo, in quo creverant comparatam, in parocia *Nagu* factas.

✓ IDEM: *Tanke-försök om Hushållningens hinder och hjelp i Kimi Lappmark.* Diss. Acad. Resp. *Johannes Wegelius.* Aboæ 1758. 4:to. Pag 12, *Angelicam* (*Archangelicam*) & *Radice Rhodiam* (*Rhodiolum roseam* *Linné.* *Sedum Rhodiolum.* *Decandolles,* *Wildenow*) in his alpebus natives esse asseritur.

✓ IDEM: *Specimen Academicum sistens Fata Botanices in Finlandia.* Resp. *Andreas Collin.* Aboæ 1758, 4:to. Nomi-  
na

na & opuscula eorum, qui Botanicen olim apud nos coluerunt, memoria tradendo multum lucis rei nostræ Herbariæ addit.

IDEM: *Kort Beskrifning om Aspens egenskaper och nytta i den allmänna Husbällningen.* Dissert. Acad. Resp. *Arvidus Mennander, Jonæ son* Aboæ 1759. 4:to. Tota quanta fere hæc Dissertatio œconomiam spectat; nec nostram materiem tangit nisi quod nomina arboris Fennica & Lapponica pp. 2, 3, notata habeat.

IDEM: *Oeconomisk Beskrifning om vår Svenska Hassel.* Diss. Acad. Resp. *Carolus Dider. Rabse* Aboæ 1759 4:to. Nomina & stationes dictæ Fruticis affert, cæterum mere œconomica,

IDEM: *Oeconomisk Beskrifning öfver Björkens egenskaper och nytta i allmänna Husbällningen.* Diss. Acad. Resp. *Johannes Grundberg* Aboæ 1759. 4:to. *Betulæ albæ* describendæ præcipue dicata, *Nanæ* quoque nomina nostratibus usitata, Svecice, Fennice ac Lapponice refert.

IDEM: *Dissertatio Academica sistens Animadversiones nonnullas circa mercaturam quæstuosam cum exteris exercendam proventibus Finlandiæ propriis.* Resp. *Isacus Ervast.* Aboæ 1760. 4:to. Vulgares nostræ variæ plantæ in §. VII, breviter censentur.

IDEM: *Dissertatio Academica Præstantiam plantarum indigenarum præ exoticis leviter adumbrans.* Resp. *Johannes Henr. Aspegren.* Aboæ 1762. 4:to. Plures quidem plantæ Fennicæ hic in censum veniunt, sed a Svecanis adeo non separatæ, ut quænam nostræ terræ propriæ sint distinguere difficile habeas.

IDEM:

- 465 ✓ **IDEM:** *Floræ Fennicæ Pars prior.* Diss. Acad. Resp. *Wilhelmus Granlund.* Aboæ 1756 4:o maj. — 576 plantas phanerogamas Classium 23 Linnæanarum, botanicis tantum nominibus signatas, enumerat, citando Floram Svecicam Linnæi Ed. 2:dam; indicem sic exhibet nudum, absque characteribus, locis natalibus &c., unde de hospitio nonnullarum hic enumeratarum, an in Finlandia quærendum sit, valde equidem dubius hæreo; haud paucæ e contrario vere nostrates hic desiderantur. In Introductione plures nominantur Viri, Botanicen apud nos colentes callentesque. (*andra delen utkommer*)
- ✓ **IDEM:** *Beskrifning öfver Eenens egenskaper och nytta; Fö va Delen.* Diss. Acad. Resp. *Michaël Forstin.* Aboæ 1770, 4:to. Nomina hujus fructis, tam indigenis quam exteris usitata, p. 3 reperiuntur.
- ✓ **IDEM:** *Genera compendiosa Nobiliss. von Linné Plantarum Fennicarum, Pars prima.* Diss. Acad. Resp. *Johannes Hellenius.* Aboæ 1771. 8:o. Priores tantummodo 23 Classes comprehendit; verbalemque sistit transcriptionem characterum genericorum ex Systemate Linnæi Naturæ Edit. X.ma. Occurrunt et hic Genera varia vix Fennica. (*andra delen utkommer*)
- ✓ **IDEM:** *Academisk Afhandling om oekonomiska nyttan af Marna Gräs.* Resp. *Johannes Blomberg.* Aboæ 1772. 4:to. Copiosissime in Finlandia præciosum hocce gramen crescere asseritur.
- ✓ **IDEM:** *Beskrifning öfver Svarta Vinbärs-Buskars nytta i Husbällningen.* Diss. Acad. Resp. *Carolus Meurling.* Aboæ 1772. 4:to Plures hujus fruticis in Finlandia reperiuntur. **IDEM:** das Stationes affert p. 4.

IDEM: *Historisk och oeconomisk Beskrifning öfver Somero Socken.* Diss. Acad. Resp. Carolus Petr. Borenius. Aboæ 1774. 4:to. *Cicutam virosam, cum nominibus variis Fennicis, uti indigenam producit* p. 12.

IDEM: *Oeconomisk Afhandling om Trån tjenliga till lefvan- de Häcker uti Kryddgårdar i Finland.* Diss. Acad. Resp. Abrahamus Paulin. Aboæ 1775. 4:to. Cum paucæ indi- genæ, usui proposito inservientes nominantur arbores fruticesque, parum Dendrologiæ Fennicæ lucis adfert.

IDEM: *Academisk Afhandling om rytten af Hallon i Hus- bällningen.* Resp. Isaacus Wargelin Aboæ 1778, 4:to. No- mina fruticis provincialia Fennica habet p. 5, cæterum mere œconomica.

ELIAS LAGUS: *Utdrag af en Beskrifning öfver Kusamo Socken i Kemi Lappmark; 3:dje Stycket;* in K. Sv. Vett. Acade- miens Handlingar f. år 1772, qvart. 4:de pp. 350—353. Varia his locis nativa vegetabilia, nominibus appositis Latinis & Svecanis recensentur, cum locorum ubi ha- bitant situ ut plurimum expresso.

CAROLUS LINNEUS (nobilitatus VON LINNÉ): *Flora Lappo- nica exhibens plantas per Lapponiam crescentes, secundum Systema Sexuale collectas in Itinere, impensis Soc. Reg. Litter. & Scient. Sveciæ A MDCCLXXXII instituto, addi- tis Synonymis, & locis natalibus omnium, descriptionibus & figuris rariorum, viribus medicatis & œconomicis plu- rimarum.* Amstelædami. MDCCLXXXVI. 8:o. In hoc itinere alveum fluminis Tornensis protequens, ejus Finlandiæ jamjam adjectas ripas lustravit, atque vegetabilium ibi repertorum hospitia diligenter pro more adno- tavit,

tavit, ita ut pauca tantum adjicere valuerint, Perigrinatores insequentes. Tabulæ operi adnexæ ad nos quoque pertinent, optimæque sunt indolis.

✓ CAROLUS FRIDERICUS MENNANDER: *Observationes Physico oeconomicæ, in septentrionali prætura Territorii superioris Satagundiæ collectæ.* Diss. Acad. Resp. Petr. Adv. Gadd. Aboæ 1747, 4:to. Plantæ 50 & quod excurrit rariores, a *Til Landzio* in Catalogo, quem nobis exhibuit, non allatæ enumerantur, secundum LINN. *Fl. Sv. Ed 1:man* nominibus solummodo latinis. (De hoc opere plura vide supra, sub nomine GADD).

✓ IDEM: *Dissertatio gradualis de arte picem destillandi in Ostrobotnia.* Resp. *Ericus Juvelius.* Aboæ 1747, 4:to. §. 1. pp 4, 5. *Pinus sylvestris* variæ citantur antiquorum Auctorum synonyma, nomina item Svecana & Fennica, Classes Ordinesque Auctorum, hanc arborem descriptentium; variationes quoque diversas observatas sistit.

Hanc Dissertationem in Svecanam linguam translata, edidit Respondens, inscriptam: *Tjärtillverkningen i Österbottn korteligen beskrifven och genom en Gradual-Disputation under Professoren &c. Mennanders inseende utgifven af E. Juvelius, af Auctoren öfversedd, något ändrad och tillökt.* Åbo 1747, 8:o. Hanc tamen versionem abbreviatam quoque esse, apparet in §. 1, ubi plurima synonyma & alia Botanice respicientia momenta exclusa sunt.

J. W. PALMSTRUCH: *Svensk Botanik*, Stockholm 1802, 8:to. c. figuris æneis coloratis. — Insigne hocce Floræ Sveciæ ornamentum, post primi Editoris mortem ab O. SWARTZ,



SWARTZ. jam vero a P. J. BILLBERG continuatum, eo nos inprimis juvat respectu, quod nomina plantarum Fennica frequenter & studiose habeat expressa.

JOS<sup>PHUS</sup> GUSTAVUS PIPPING (nobilitatus nomine PIPPINGSKÖLD): *Beskrifning på Hedemossans och Rennossans beredning till sund och vålsmakelig föda, utgifven af K. Finska Husbållnings Sällskapet. Åbo 1798. 8:o* Vulgares hi Lichenes etiam botanice quadantenus adumbrantur, sat bene, licet non terminis botanicis, descripti.

Idem commentarius etiam Fennice translatus existit, Titulum gerens:

*Neuvo, kuinga terwellinen ja bywäu maullinän ruoka taitaan walmistua Nummi- (Nurmi) eli Kangas-jäkälästä eli Kangas-jammalesta ja Peuran jäkälästä eli Peuran-jammalesta; ulosannettu Kuningallijelda Suomen Huonen-pidon Seuralda Turuusa Turuusa 1798, 8:o* Descriptiones Lichenum haud male Auctori successerunt, solæ quantum equidem noverim, quæ existunt Fennico sermone exarata vegetabilium nostrorum explicationes.

LAUR. JOH. PRYTZ: *De solo ex plantis eidem insitis dignoscendo, Periculum chemico oeconomicum* Dissert. Academ. Resp. Jacobus Fellman. Aboæ 1817. 4:to atque *Continuatio ejusdem* Diss. Resp. Carolus Antonius Sanmark eodem anno & forma — Maxima pars plantarum Fennicarum nominibus insignita botanicis, in censum venit, secundum stationes naturales & solum, quod plantæ appetunt dispositis & ordinatis.

FREDERICUS WILH. RADLOFF: *Beskrifning öfver Åland. Åbo 1795,*

1795. 8:o. Egregia hæc Topographia plures, eousque Fennicæ Floræ haud insertas plantas nominatim recitat Latine & Svetice; vegetabilia Alandiæ indigena numero 680 existere asseruntur, quorum 150 cryptogamica.

✓ ULRICUS RUDENSCHÖLD: *Rön om Furuträdens ålder i Finland*; in K. Sv. Vett. Academiens Handlingar f. år 1746, quart. 2. pp. 107, sqq. Numerosissimas in diversis hujus regionis locis factas observationes, Physiologiam plantarum apprime illustrantes, memoriæ mandavit.

✓ EPHRAIMUS OTTO RONEBERG: *Beskrifning öfver Lajbela Soccken i Österbotten*; in nuper memoratis Actis Holmiensibus, Anni 1758, trimenstr. 2. p. 108. Laudabilis hæc Topographia, ex schedis manuscriptis Geodætæ Ostrobothniensis, *Caroli Frederici Stierwald*, anno 1754 consignatis, composita est; 304 species in hac parœcia reperiuntur, Latine, Svetice & Fennice nominatas, diligentem collectorem *Stierwald* habere enumeratas, asseritur. Merito & hanc & alias plures ejusdem Viri eximias Fennicarum parœciarum Topographias, typis nondum evulgatas, posterorum forte incuria oblivioni jamjam datas, dolemus.

OLAUS SWARTZ: *Gentiana pulchella, en ny Svensk växt*; in K. Sv. Vett. Acad. Nya Handlingar, f. år 1783, quart. 1, p. 85, cum fig. tab. 3. Primus hanc herbam a cognatis distinxit, & descripsit, in *Alandiæ* parœcia *Finströms* sat frequentem crescere repertam.

IDEM: *Stellaria bumifusa, ny Svensk växt; samt botaniska erinringar*; in iisdem Regiæ Academiæ Scientiarum Holmiensis Actis, Anni 1789, trimenstruo 2, p. 125.  
Hæc

Hæc planta, cujus effigiem exprimit tabula adversariis subnexa 6ta, asseritur a GRÖNDAL in interiori Finmar-  
kia iter faciente repertam fuisse. Plura præterea vege-  
tabilia memoravit, inter quæ nostra refert, p. 128, *Os-  
munda* (aliis *Pteris*, *Onoclea*) *crispa*, a SAM. L. LIJEBLAD,  
Lapponiam pervagante lecta in monte *Fillos fjällen* (*Fl-  
lâstunturi*) Lapponiæ Tornensis.

IDEM: *Musci in Svecia nunc primum reperti ac descripti; in  
Novis Actis Regii Societatis Scientiarum Upsaliensis,*  
Volumine IV:to. Upsaliæ 1784. 4:to. *Bryum virens* p.  
241 describit, in Finlandia & Lapponia lectum. Neque  
desunt in hoc commentario alii quidam *Musci* Lappo-  
niæ nostræ incolæ, quorum tamen stationes accuratius  
non indicat.

JOHANNES MAGNUS A 'TENSTRÖM: *De Geo Periculum bo-  
tanicum, particula prima.* Diff. Acad. Resp. Carolus  
*Wilb. Fontell.* Aboæ 1816. 4:to. In Genere adumbran-  
do tota hæc particula versatur; species autem nostrates  
non minus atque exteræ in hoc opusculo Auctorem in  
sequentibus fore expositurum, quum primum ex peri-  
grinationibus reducem habebimus, nullus dubito.

ELIAS TIL LANDZ: *Catalogus plantarum, tam in excultis,  
quam incultis locis prope Aboam superiore æstate nasci  
observatarum, in gratiam Philo Botanicorum concinnatus.*  
Aboæ 1673. 8:0. Enumerat plantas majores absque  
synonymis.

Auctiorem deinde eundem libellum, 34 foliis majorem  
edidit, sequentem:

*Catalogus plantarum, quæ prope Aboam tam in excultis, quam incultis locis hucusque inventæ sunt; in gratiam Philo-Botanicorum auctior editus. Accessere præterea usitatiora Suetica atque Finnonica nomina, cum brevi virtutum recensione.* Aboæ 1683. 8:o. Alphabeticò ordine secundum genera enumerat 536 vegetabilia, partim etiam cryptogamica, nec tamen exprimit, quænam sint indigena, quænam exotica. Hæc numero 130. WALLENIUS in Dissertationem *De Horto Academico Aboënsi*, supra citatam, excerpta intulit, Parte 2, pagg. 54—56.

IDEM: *Icones novæ in usum selectæ, & Catalogo Plantarum promiscue appensæ.* Aboæ 1683. 8:o. Effigies plantarum 158 exhibet ligno incisas, mediocres, plurimumque ex aliis mutuatas, paucas tantummodo novas. Asterisco signatas habet eas, quæ culturæ in hortis exstiterunt.

GEORGIUS WAHLENBERG: *Flora Lapponica, exhibens plantas geographice & botanice consideratas, in Lapponiis Svecicis, scilicet Umensi, Pitensi, Lulensi, Tornensi & Kemeni, nec non Lapponiis Norvegicis, scilicet Nordlandia & Finmarkia utraque indigenas, & itineribus annorum 1800, 1802, 1807 & 1810 denuo investigatas. Cum Mappa Botanico-geographica, Tabula temperaturæ & Tabulis botanicis xxx.* Berolini 1812 8:o. Vegetabilia Lapponica optime describendo, atque loca eorum natalia etiam in nostris alpebus curiosissime indicando, plurimum Phytologiæ quoque Fennicæ adtulit lucis; neque non pluribus Floram nostram speciebus ditavit. Figuræ accuratissimæ partim quoque nostra referunt.

JOHANNES FRIDERICUS WALLENIUS: *Fauna Fennica, sive Enumeratio animalium, quæ alit terra Finlandiæ insulæque*  
ei

*ei adjacentes, Pars prima.* Dissert. Academ. Resp. *Petrus Uricus Sudelin* Aboæ 1810. 8:o. In præmio pp. 4, 5, nonnulla exponuntur opera, *Floræ Fennicæ* adornandæ lautiora præsentia subsidia; inter quæ exstat Codex manu exaratus *JOHANNIS LECHE*, hic primo nominatus, maximi sane pretii, atque plus certe lucis Phytologiæ Fennicæ adspersens, quam quodvis aliud opus typis excusum; quamobrem abstinere non possum quin ejusdem completam descriptionem ex hac dissertatione p. 4, heic verbis inferam Auctoris:

„*JOH LECHE: Flora Fennica.* Codex manuscriptus autographus, in Bibliotheca D:ni Præsidis. Ante annum 1755, quo secunda prodit Floræ Svecicæ Linneanæ editio, fuisse exaratum, abunde docent appositi ubique prioris editionis numeri & trivialium nominum defectus. Loci natales & nomina Svecana atque Fennica diligenter adscripta. Plantarum quoque Cryptogamarum magna pars notata. — *KALMII* manibus versatum fuisse Codicem, haud paucæ docent ipsius manu adscriptæ annotationes.

**HENRICUS WEGELIUS:** *Berättelse om en Jordbäfnings i Kemilappmark, natten emot Nyårsdagen innevarande år, jemte utdrag af Meteorologiska Observationer, hållne år 1758 i Utsjoki;* in K. Sv. Vett. Acad. Handlingar f år 1759, quart. 3. Tempus florescendi ac femina proferendi plantarum quarundam Utsjokiensium, pp. 234—236, habet adnotatum.

**HENRICUS WIDENIUS:** *Beskrifning öfver Moubijärvi Socken i Åbo Län;* in Tidningar utgitne af ett Sällskap i Åbo, år 1776, Åbo 8:o. N:o 3, p. 24, numerus vegetabilium  
in

in hac parœcia quater centum æquare asseritur, sed duorum tantummodo nominantur vulgatissima,

ARNDT JOHANNES WINTER: *Anteckningar om Bie'n och deras skötsel i Finland*; in K. Finska Hushållnings-Sällskapets Handlingar, Tom 3. Åbo 1819. 8:o. p. 121. — Etiam separatim prodibit hicce tractatus, præposito titulo allato. — Plures pp. 160—165, recensentur apibus gratæ herbæ & arbores Finlandiæ indigenæ, hortensibus licet intermixtæ, cum tempore flores explicandi.

Præter jam allata opera ulterius huc spectant sequentia, IMPERIALIS SOCIETATIS FENNICÆ OECONOMICÆ Adversaria:

*Utdrag af K. Finska Hushållnings-Sällskapets Dagbok, år 1802.* Åbo 8:o, pp. 40—45.

*Utdrag af K. Finska Hushållnings-Sällskapets Dagbok, år 1803.* Åbo 8:o, pp. 28—32, & 107—110.

*Underrättelser från K. Finska Hushållnings-Sällskapet. N:o 6.* Åbo 1816, 8:o, pp. 52, 53.

*Underrättelser från K. Finska Hushållnings-Sällskapet. N:o 7.* Åbo 1817, 8:o, pp. 59—61.

Prostat nimirum locis his citatis haud exiguus numerus plantarum Fennicarum, quoad tempus florescendi, maturascendi &c. in censum vocata; varia hæc observata, ex Membrorum, procul hinc ab Abo habitantium, Litteris ac relationibus composita sunt, & stationibus vegetabilium illustrandis inserviunt, quippe cum parœciæ, in quibus provenere, sæpius nominatæ existunt.

---